

verpflichtet, sondern auch, soweit es mit ihrem Amte und ihrer Stellung vereinbar ist, an die Ordensregel gebunden sind. »Iisdem Regularibus,« heisst es in derselben, »tam ad Episcopatum quam ad Cardinalatum evectis praecipitur in virtute S. obedientiae sub poena suspensionis ab exercitio Pontificalium ipso facto incurrenda Papae reservata, ut singulis suae Regulae officiis et obligationibus, quae Pontificale sive cujuscunque alterius dignitatis aut Cardinalatus officium minime impediunt, perpetuo subsint.« Wenn nun die Regularbischöfe selbst in dem Falle an die Bestimmungen ihrer Ordensregel gebunden sind, da sie noch in der Welt sich befinden, so ist kein Zweifel, dass sie dieselben auch nach ihrem Wiedereintritte in die Ordensgemeinschaft beobachten müssen.

Was von den Regularbischöfen gilt, das gilt auch von den Regularcardinälen, weil ja diese durch ihre Säcularisirung sowenig wie jene aufhören, wirkliche Religiösen zu sein.

In vorstehenden Zeilen habe ich es versucht, die Wirkungen der Säcularisirung der Ordenspersonen darzulegen und mit Hinweis auf autoritative Entscheidungen zu zeigen, dass dieselbe das Wesen des Ordensstandes und seiner Verbindlichkeiten nicht aufhebt, sondern nur in unwesentlichen Dingen eine Aenderung derselben nach sich zieht.

Statuta et definitiones capitulorum generalium Ordinis Cisterciensis.

(Aus der Pergamenthandschrift Nr. XCVI des Stiftes Hohenfurt.)

Herausgegeben von P. Philibert Panhölzl Ord. Cist.

Eines der wichtigsten Momente im Leben des Cistercienserordens bildeten die General-Capitel zu Cîteaux, auf denen alle Ordensangelegenheiten erörtert und entschieden wurden. Leider sind die Beschlüsse und Statuten derselben nirgends vollständig gesammelt. Die einzelnen Klöster waren wohl verpflichtet, die Statuten der General-Capitel zu besitzen und dieselben jährlich durchzulesen und auf die Unterlassung dieser Vorschrift standen als Strafe für den Abt und die Officialen, d. i. Prior, Subprior, Cellerarius, Bursarius u. s. w., 3 Tage levis culpa, darunter einer in pane et aqua; aber trotzdem findet man die Statuten nirgends vollständig. Denn die einzelnen Klöster zeichneten nur jene Beschlüsse auf, die den ganzen Orden, oder sie selbst oder die Klöster ihrer Generation oder Provinz betrafen, so dass man in den Handschriften nur Bruchstücke findet, und von diesen ist durch die Ungunst der Zeiten viel verloren gegangen. Wenn nicht vielleicht das Exemplar von Cîteaux doch noch irgendwo

erhalten ist, so ist es kaum denkbar, dass diese auf Einzelklöster sich beziehenden Beschlüsse je vollständig werden veröffentlicht werden; aber gemeinsame Arbeit dürfte wenigstens eine annähernde Vollständigkeit zu erzielen im Stande sein.

Die reichhaltigste unter den bisher gedruckten Sammlungen von Beschlüssen der General-Capitel haben Martène und Durand in ihrem Werke »Thesaurus novus Anecdotorum« (Lutetiae Parisiorum 1717), in dem sie tom. IV. col. 1243—1646 eine grosse Anzahl solcher Beschlüsse aus den Jahren 1134—1547 aus Handschriften mehrerer Klöster bringen. Eine Ergänzung dazu, da die erste Sammlung besonders im 14. Jahrhunderte grosse Lücken zeigt, brachte der protestantische Pastor Winter in seinem Werke: »Die Cistercienser des nordöstlichen Deutschlands« Bd. III. pag. 200 ffg. hauptsächlich nach der Handschrift Nr. 2234 der kais. Hofbibliothek in Wien. Beide Sammlungen ergänzt theilweise die Pergamenthandschrift XCVI des Stiftes Hohenfurt, die aus den ersten Jahren des 15. Jahrhunderts stammt. Sie besteht aus 7 Vorlegblättern und 102 nummerirten Blättern. Jede Seite enthält 37 Zeilen; die Schrift ist deutlich und schön. Der Inhalt des ganzen Codex ist folgender: Auf dem 1. Vorlegblatte befindet sich eine Verkaufsurkunde aus dem Kloster Saar. Die folgenden 6 enthalten eine übersichtliche Zusammenstellung der Strafbestimmungen der Carta Caritatis, des Libellus antiquus definitionum und der Annales. Dann folgen verschiedene Eides- und Professformeln. Der eigentliche Codex enthält: Bl. 1—11a Definitiones Cap. Gen. aus den Jahren 1322—1342, Bl. 11a—43a Libellus antiqu. definit., 43b—55a Novellae; 55a—66 Statuta papalia domini Benedicti papae, die Bulle »Fulgens sicut stella matutina;« 66—102 verschiedene päpstliche Privilegien. Uns sollen hier die Definitionen der General-Capitel beschäftigen. Mit Martène und Durand hat unser Codex nur einige Definitionen gemeinsam, mit Winter jedoch mehr. Ich habe im Folgenden alles bereits Gedruckte ausgeschieden, dabei jedoch angegeben, wo es sich findet. Zum besseren Verständnisse des Textes habe ich mich durchgehends nach der neuen Orthographie und Interpunction gehalten.

Anno dni. M^oCCC^oXXII^o statuta sunt haec apud
Cistercium tempore capituli generalis.

1. In primis necessitates sanctissimi patris in Christo etc.
2. Item quoniam, prout generali capitulo relatum est, plures monachi ordinis ad partes remotas visitandi gratia accedentes suae commissionis limites excedere et plura rationi dissona, quae in religionis vergunt excidium et monasteriorum grave dispendium, committere non verentur: statuit Capitulum et definit, quod de

cetero patres abbates hujusmodi visitationis officium certis abbatibus providis in commissionis litteris nominatim expresse committant, qui per omnia habeant vices suas; poterunt tamen dicti abbates monachos ad partes praedictas dirigere, qui praefatae commissionis litteras deferant ad eosdem et una cum ipsis ad dicta visitanda accedant monasteria, ut praefatis patribus status filiarum suarum valeant certitudinaliter et expresse referre. In visitationis tamen officio nullam prorsus habeant potestatem.

3. Item cum fraudulententer et nequam sit, qui sibi commissum revelat arcanum, ut huiusmodi vitium in posterum arctius evitetur, statuit capitulum, ut monachi per abbates ad consilium vocandi ad requisitionem et discretionem abbatis jurare teneantur, quod secretum consilium fideliter tenebunt et illud nullatenus revelabunt.

4. Item ut partialitatis vitium a personis ordinis evitetur, inhibet capitulum abbatibus et abbatissis et commissariis visitoribus, ne monialibus cameras concedere praesumant ad inhabitandum absque capituli licentia speciali; quae vero aliter habuerint, ipsis carere et eas reddere teneantur.

5. Item quoniam non solum vitium ingratitude est, imo etiam iniquitatis nota, quod aliqui secundum ordinem istum professi, cum per gratiosa subsidia ordinis vel quocumque alio modo ad gradus proveci fuerint altiores, statim volunt ordini resistere et ab jugo sanctorum statutorum ipsius superbiendo colla demittere, quando deberent exemplar fieri totius humilitatis et virtutis: ideo matura valde deliberatione sani consilii praehabita capitulum generale ordinat, statuit et definit, quod Baccalaurei in sacra Theologia in futurum per generale capitulum ad prosecutionem sui magisterii domino Cancellario parisiensi praesentando (sic!),¹⁾ antequam praesententur, jurare tenentur in capitulo seti Bernhardi praesente provisore ac omnibus scholaribus, et hoc sub poena excommunicationis latae sententiae, quod, cum ad magisterium pervenerint, contra sollemniter instituta, ordinationes, privilegia et libertates ordinis aliquid in futurum non attentabunt per se vel per alios nec attentari quocumque doloso colore quaesito procurabunt, seu patienter (sic!)²⁾ pro facultate sua procurari. Et est intentio capituli generalis, quod haec definitio extendit se ad quaecumque ordinis istius studia et quod Baccalaurei in illis praesentandi similiter et sub eadem poena in capitulis suorum studiorum jurare tenebuntur. Extendit se etiam ad magistros jam licenciatos, qui, si abbates sint, cum ad sua loca redierint, in suis capitulis jurabunt similia, non abbates in

¹⁾ praesentandi.

²⁾ patientur.

capitulis suorum studiorum. Provisores vero dicti studii, aut magistri aut baccalaurei hujusmodi juramentum emittant, provideant sibi de notariis publicis et idoneis testibus et de hoc procurent fieri publicum instrumentum et haec eadem intendit per eandem definitionem ad jurandum omnes ordinem istum professos ad episcopalem dignitatem promovendos.

6. Item quoniam frequenter ad tantam procedit temeritatem indocta simplicitas, quod viae ad inferni deducunt (sic!)¹⁾ profunda, justae erronea seducente conscientia censeantur, quod satis licet experiri in aliquibus personis ordinis istius et maxime in monialibus, sicut ad aures capituli delatum est, quae tanti erroris caligine mentes excaecatas habent, ut post emissum voluntariae paupertatis votum aliqua eis propria et in sua libera potestate possidere vivendo liceat²⁾ et de his seu in vita seu moriendo testamentum facere et pro voluntate libera ordinare, de quibus, qui sic decedunt, vere gemendum est, ne et jam tamquam reprobi deputati sint aeternae damnationis ultioni: propter quod volens capitulum generale tantae temeritati viis celebribus³⁾ obviare statuendo et definiendo praecipit personis ordinis universi, cuiuscumque status exstiterint, ne cuiquam permittatur de cetero de rebus quibuscumque et quomodocumque seu quacumque permissione habitis in morte testamentum facere vel quomodolibet pro voluntate libera ordinare, cum in his nihil possit reclamari liberum, sed sint omnia superioribus suis subdita vel conventibus, si abbates vel abbatissae fuerint, fideliter resignanda. Quodsi contra tam salubre statutum aliqua persona ordinis transgredi praesumpserit, tamquam excommunicata et proprietaria honore et fructu sine quacumque interpellatione ecclesiasticae careat sepulturae.

Anno dni. M.CCCXXIX statuta sunt haec apud
Cistercium tempore capituli generalis.

1. In primo. Cum sanctorum doctorum testimonio . . . vide Winter III. pag. 284. Nr. 1.

2. Item cum omnes sanctos . . . v. Winter III. p. 284. Nr. 2.

3. Item ut monasteriorum officiales . . . vide Winter III. pag. 284. Nr. 3.

4. Item ut patres abbas status filiarum . . . vide Winter III. pag. 285. Nr. 4.

¹⁾ deducentes.

²⁾ ut post . . . votum credant . . . possidere vivendo licere et de his . . . testamentum facere . . .

³⁾ salubribus.

5. Item quoniam nihil foret studia constituere, scholares ad eadem mittere, nisi in eisdem lectores statuatur discreti et providi, qui auditores valeant informare salubriter et docere: ea propter capitulum abbatibus de Valle magna et de Grandisilva praecipit districtius et iniungit, quatenus in suis studiis de convenientibus et eruditis lectoribus studeant providere; quod si renuerint, in sequenti capitulo se recognoscere teneantur per idem capitulum graviter puniendi.

6. Item cum saepe et pluries fuerit per capitulum definitum, quod abbates ordinis ad studia monachos mitterent aptos et idoneos ad studendum, quod hucusque facere plurimi distulerunt, generale capitulum praecipit et injungit,¹⁾ quatenus in suis visitationibus ac citius sibi subditos abbates, quos potentes ad huiusmodi repererint, ad mittendum per censuram debitam coërceant et compellant unius mensis eisdem terminum praefigendo: quod si neglexerint, tamdiu extra stallum maneant, quousque praemissa studuerint adimplere. Monachi vero de cetero ad studium transmittendi in monachorum suorum capitulis primitus jurare tenentur, quod de cetero contra communis ordinis privilegia, libertates, approbatas consuetudines ordinis et statuta aliquid clam vel palam, per se vel per alios vel alium attentare, impetrare seu etiam eisdem in aliquo contraire non praesumant; quod si jurare noluerint, non mittantur. Scholares nunc in studio existentes omni excusatione et occasione postposita praestare studeant simile juramentum: quod si praestare recusaverint, indilate de dictis studiis compellantur.

7. Item ut contributiones . . . vide Winter III. p. 285. Nr. 5.

8. Item quoniam quidam abbates . . . vide Winter III. pag. 285. Nr. 6.

9. Item ut via superfluis praecludatur efficaciter expensis, inhibet capitulum, ne aliquis abbatum ordinis pro negotiis vel casibus ordinis per audientiam curiae discutiendis alium procuratorem in romana curia habeat praeterquam generalem procuratorem ordinis vel substitutum ab ipso nisi de ipsius procuratoris consilio et assensu. Qui vero alium procuratorem statuere praesumpserit, eo ipso pro anno quolibet III florenos procuratori nostri ordinis solvere teneatur. Abbates autem pro negotiis specialibus procuratorem vel monachos mittentes ad curiam eosdem jurare primitus sollemniter faciant, quod infra triduum, postquam curiam intraverint, se procuratoris praefati conspectui, si copiam ipsius habere poterunt, praesentabunt.

¹⁾ Zu ergänzen: patribus abbatibus.

Anno dni. MCCCXXX statuta sunt haec in Cistercio
tempore capituli generalis.

1. In primis ille callidus subplantator . . . vide Martène
et Durand IV. col. 1515. Nr. 1.

2. Item cum saepe et pluries . . . vide Martène et Durand.
IV. col. 1515. Nr. 2.

3. Item saluti animarum consulere . . . vide Martène et
Durand IV. col. 1516. Nr. 4.

4. Item cum abbates . . . vide Martène et Durand IV.
col. 1516. Nr. 5.

5. Item cum a generali capitulo . . . vide Martène et
Durand IV. col. 1517. Nr. 6.

6. Item definitioni editae . . . vide Martène et Durand IV.
col. 1517. Nr. 9.

7. Item ut circa contributiones . . . vide Martène et Durand
IV. col. 1517. Nr. 10.

8. Item cum insolitae et indebitae novitates . . . ibid.
col. 1518. Nr. 11.

Anno dni. MCCCXXXI statuta sunt haec apud
Cistercium tempore capituli generalis.

1. Inprimis licet omnipotentem deum in suis sanctis omnes
viri catholici, religiosi praesertim divinis laudibus jugiter mancipati,
congruis honoribus venerari teneantur, decet praecipue, ut
illum praeclarae Religionis ordinis Cisterciensis beatum Bernhardum
doctorem praecipuum et patronum, per cuius sanctitatis providentiam
universalis ecclesia sed potissime dictus ordo ipsius doctrinis et
miraculis illuminatur mirifice et ubique terrarum magnifice ampliori
reverentia veneretur: idcirco generale capitulum ordinat et definit,
quod ob ipsius beati Bernardi reverentiam et honorem festum ipsius
sollemnius et celeberrime de cetero veneretur per ordinem universum,
ita sane quod conversi ordinis ipso die nullatenus laborabunt.

2. Item capitulum ordinat et definit, quod in illis domibus,
ubi sunt 40 monachi, sit lector in grammaticalibus et logicalibus
pro juvenibus instituendis; ubi autem non habetur monachorum
numerus supradictus, vel sit lector vel mittantur ad monasteria,
in quibus habentur lectores, cum 10 libris Parisiensibus pro
quolibet scholari. Abbates vero, ad quos mittuntur, recepta prius
pecunia supradicta, eos tenebuntur recipere, non aliter et eis de
victualibus solummodo providere. Quicumque autem abbas
statutum praedictum modo et forma praedictis neglexerit observare,
per totum illud tempus extra stallum suum maneat, donec illud
integre per ipsum fuerit adimpletum; studentes vero in domibus

propriis vel et alienis horas canonicas frequentabunt excepta sexta et nona etiam et tertia nisi in temporibus Adventus Domini et Quadragesimae, in quibus omnes dictae horae, scilicet tertiae, vult gen. capitulum interesse; ordinat etiam dictum capitulum, quod abbates tenentes scholares de domibus alienis non teneantur ministrare aliquibus nuntiis ad dictos scholares missis, vel aliis personis extraneis ad abbatias venientibus occasione scholarium praedictorum.

3. Item ut scholares melius possint vacare scientiae salutari, inhibet cap. gen., ne aliquis in studiis solemnibus vel etiam in domibus ordinis quibuscumque, intra vel extra, jura civilia vel canonica praesumat legere vel audire, et ut hoc plenius observetur, praecipit capitulum omnibus rectoribus studiorum in virtute sacrae obedientiae, quatenus volentes contra tam salubrem constitutionem facere nullatenus admittant, et si admissi fuerint, ipsos remittant ad domos proprias; quilibet tamen per se in studorio studere poterit dicta jura.

4. Item diffinitionem editam anno dni. 1329 . . . Winter III. pag. 286. Nr. 3.

5. Item cum pluries fuerit per gen. cap. alias sub poena excommunicationis et depositionis salubriter ordinatum ac etiam in definitionibus, licet minime observatum, contra personas ordinis, qui carnes extra septa monasteriorum in sui et ordinis opprobrium et scandalum plurimorum comedere non verentur, ipso facto excommunicationis sententiam incurrendo, generale cap. tantae temeritatis ac praesumptionis inobedientiam nolens impunitam ulterius contuentibus oculis pertransire patribus abbatibus et eorum commissariis et visitoribus universis in virtute sanctae obedientiae sub poena excommunicationis praecipit et committit, quatenus de cetero in singulis suis visitationibus super hoc inquirant diligentia, qua poterunt, veritatem et super hoc scrutinium faciant per juramenta singulorum secundum rigorem ordinis culpabiles puniendo qualescumque: abbates, si quos invenerint huius transgressores, citent ad cap. gen.; qui quidem patres abbates et eorum commissarii ac visitores, quamdiu istud adimplere distulerint seu facere neglexerint, ingressum ecclesiae sibi noverint interdictum.

6. Item ut vanae et superfluae curiositates, quae ordinis humilitatem dehonorescant,¹⁾ in equorum, vasorum argenteorum aliorumque ornamentorum multitudines, in universis personis ordinis, quantum est rationabile et possibile, valeant resecuri, patribus abbatibus ac visitoribus seu ipsorum commissariis in virtute sanctae obedientiae praecipitur et committitur, quatenus definitionem anno XVII¹⁾ super hoc editam diligenter advertentes

¹⁾ dehonorescant.

²⁾ wahrscheinlich 1317.

ipsam faciant inviolabiliter observari et in praepositis irrationabiliter et notabiliter incedentes corrigant et puniant auctoritate capituli generalis.

7. Item cum definitio olim edita, quod quilibet monachus et conversus teneatur ad minus semel in anno abbati proprio omnia peccata fideliter et integre confiteri, posset et pluribus minus bene ipsam intelligentibus occasiones scandali et ruinae inferre periculum, volens generale capitulum huiusmodi pericula praecavere praefatam definitionem declarat supplendo, quod defecit, in hunc modum, videlicet quod toties quoties monachus vel conversus commiserit, vel inciderit in aliquem casum, in abbatem proprium reservatum, praecipue antequam sacrum dominicum corpus percipiat, confiteatur abbati suo vel cui abbas ipse commiserit vices suas; ut certius et clarius cuilibet de salute animae suae sit provisum ad finem, ut quilibet confessor ordinis nostri sciat, super quibus casibus habeat potestatem, praecipiendo in virtute sacrae obedientiae capitulum ordinat et definit, quod omnes et singuli abbates ordinis universi, quanto citius rotuerunt, omnes casus, quos retinent, distincte secundum species suas in genere in scriptis redigant et confessoribus per ipsos abbates constitutis notificent et copiam faciant, ne aliquis per ignorantiam se valeat excusare; et quod nullus debet falcem suam ponere in messem alienam, praecipit capitulum generale sub poena excommunicationis latae sententiae omnibus et singulis confessoribus nostri ordinis, quatenus nullum monachum vel conversum absolvere simpliciter vel conditionaliter praesumant, praeterquam in mortis articulo de peccatis per abbatem proprium reservatis vel de aliquo eorundem, cum talis absolutio nullius sit efficaciae vel valoris, imo absolventi et absoluto sit periculosa nimium et damnosa.

8. Item cum bona spiritualia tanto sint concedenda modamine, quod devotis offerantur, ut eo amplius appetant, et indevotis subtrahantur, ne vilescant, ideo generale capitulum inhibet abbatibus ordinis universi, quod nullus ultra duo suffragia in capitulo praesens audeat obtinere.

9. Item attendens capitulum generale malitiam, fraudem et nequitiam abbatum remanentium a capitulo generali statuit, quod statutis in charta charitatis et definitionibus aliis anno praeterito editis in suo robore manentibus addit capitulum, quod abbates, qui de cetero remanserint et se legitime non excusaverint, eos eo ipso secundum statuta et definitiones olim editas dictum capitulum pro monitione legitima excommunicat in his scriptis et nullus abbas excusationes alicuius audeat capitulo praesentare, qui excusationem non audierit vel audierit ab illo, et ille, qui talem excusationem praesentat, si requisitus fuerit, teneatur in praesentia

definitorum jurare se scire excusationem esse legitimam, quam praesentat. Patres vero abbates et visitatores in suis visitationibus diligenter inquirant, utrum abbates remanserint legitime, et si aliquem mansisse repperint, non fidem faciant, quod capitulum generale habuerit eum excusatum, ipsos denuntiet excommunicatos auctoritate capituli generalis. Et patres abbates et visitatores, si malitiose aliquem excusaverint vel excusationem fictitiam capitulo scienter praesentaverint, eadem sententia se noverint innodatos. Insuper dictum capitulum praecipit, quod praesens definitio in singulis domibus ordinis secunda die visitationis cum forma visitationis recitetur. Cantor vero vel ejus officium gerens, qui in recitando dictam definitionem negligens fuerit, ab ipso deponatur officio, etiam nullum aliud exequatur, nisi de licentia capituli generalis.

10. Item ut ferventiori dilectione et ampliori devotione ad ordinem de cetero convolantes dei laudibus occupentur, generale cap. ordinat, quod novitii jam recepti et in perpetuum recipiendi in cappa absque benedictione maneant, usque dum integre psalterium cordetenus sciverint, prout decet. Monachi vero jam professi, qui officium suum nesciunt nec consuetum servitium, claustrum de cetero exire seu administrationem qualemcumque exercere nullatenus permittantur, donec praemissa sciverint competenter.

Anno dni. MCCCXXXII statuta sunt haec apud
Cistercium in capitulo generali.

1. Inprimis licet cunctos sanctos, quos sancta mater ecclesia (extollit), congruis teneamur laudibus attollere, multo magis sanctum sanctorum et ejus festa necessaria tenemur, quibus valemus, venerationis obsequiis, totis et continuis devotionis affectibus commendare, itaque festum corporis Christi, quodquidem noscitur nostrae peregrinationis viaticum et nostra fidei solidissimum fundamentum, pia devotione considerans et attendens capitulum dignum duxit ad tam excellentis misterii commendationis titulum salubriter ordinandum, quod in festo eiusdem sermo fiat sollemnis in singulis domibus ordinis universi.

2. Item cum ad audientiam capituli devenerit, quod quidam abbates, dum ad alias abbatias transferuntur, et monachi, dum in aliis monasteriis eliguntur, libros, jocalia, pecuniam atque bona alia secum ferunt, ex quibus abbates nihil possunt restitutionis habere in praedictorum damnationis excidium et monasteriorum, a quibus vocati sunt, gravissimum detrimentum, eapropter gen. cap. salubre volens opponere remedium in praemissis statuit, ordinat et definit, quod, quotiescumque aliquem abbatem ad aliam abbatiam transferri et monachum in alio monasterio promoveri contigerit, omnia et singula bona, quae secum de abatiis ex

consensu conventus deferunt, in scriptis lucide tenebuntur redigere et scriptum sui sigilli munimine roborare; quod si facere neglexerint, eo ipso excommunicationis sententiam, si aliter dicta bona transferre praesumpserint, se noverint incidisse.

3. Item cum ad aures gen. cap. sit delatum . . . Winter III. pag. 287. Nr. 4.

4. Item definitionem anno praeterito editam . . . *ibid.* pag. 288. Nr. 5.

5. Item definitionem super confessionibus . . . *ibid.* pag. 287. Nr. 2.

6. Item definitioni dudum factae . . . *ibid.* pag. 287. Nr. 3.

7. Item ordinationem novi studii in civitate Metensi faciendam pro scholaribus in grammaticalibus, logicalibus, naturalibus et philosophicis instruendis, dum tamen cuncta illa, quae pro studio Parisiensi instituerit hactenus definita, nihilominus penitus immutetur, gen. cap. committit Domino Morimundensi in plenaria potestate ordinis.

8. Item ad capituli generalis pervenit auditum, quod de Monasterio de Schafarda quam plures monachi et conversi suae salutis immemores nec Ananiae et Saphirae mortis sententiam formidantes terras, possessiones, bona et redditus monasterii tenent et possident, suis usibus nefarie et contra substantiam regulae damnabiliter applicant asserentes, se super hoc ab abbatibus praedecessoribus litteras et instrumenta habere, quibus eis conceditur, quod eas tenere valeant et suis absque licentia cuiuscumque usibus applicare et quod foret deterius, si abbates vel quisquam alius eos in possessione perturbaverit huiusmodi, ad tuitionem sui brachii saecularis auxilium evocare: cum igitur talia sapiant proprietatis vitium et sacrae religioni obvient evidenter, capitulum generale salubri deliberatione praehabita praefatis monachis et conversis in virtute sacrae obedientiae praecipit strictius et iniungit, quatenus litteras, instrumenta, terras, possessiones et redditus supradictos, quos non possunt absque sempiternae damnationis excidio possidere, infra quindenam, postquam ad eorum notitiam praesens statutum pervenerit, praedicta omnia, scil. litteras, instrumenta, possessiones, redditus atque bona proprio abbati reddere, tradere, restituere et universa in suis manibus studeant resignare; alioquin ipsos eo ipso facto capitulum excommunicat in his scriptis. Si quis vero in huiusmodi ad auxilium potentiae saecularis refugerit, vel ad domum remotam emittatur, nonnisi de capituli reversurus licentia, vel stricto carceri mancipetur. Quicumque vero in praemissis vel aliquo praemissorum consilium, auxilium vel favorem praestiterit, in eandem excommunicationis sententiam se noverit incidisse. Contractus autem, praedictas

litteras ac instrumenta irritat et annullat. Et haec definitio ad universos nostri ordinis monachos et conversos perpetuo extendatur.

Anno dni. MCCCXXXIII. statuta sunt haec in Cistercio
in capitulo generali.

1. Inprimis cum Religiosi viri . . . Winter III. p. 288. Nr. 1.
2. Item cum saepe et pluries per gen. cap. fuerit inhibitum, ut monachi studentes in studiis ordinis exinde¹⁾ ipsa studia audire jura canonica non praesumant, cum ex hoc sacrae theologiae studium realiter enervetur, — quod hucusque in animarum dispendia studia supradicta, jura canonica, praesumant audire de cetero vel legere, — quod si audire praesumpserint, eo ipso excommunicationis sententiam se noverint incurrisse. Infra tamen septa dictorum studiorum audire vel legere dicta jura poterunt hora et tempore, et non aliter, quibus theologica lectio non poterit impediri; gratias autem et litteras super hoc dictis studentibus quovis modo concessas ex nunc capitulum revocat et annullat.
3. Item ad gen. cap. pervenit auditum . . . Winter III. pag. 288 Nr. 2.
4. Item ut in omnibus monasteriis ordinis . . . ibid. pag. 289 Nr. 3.
5. Item quod de visitationibus saepe et saepius generali capitulo graves quaerimoniae deferuntur, idem gen. cap. patribus abbatibus et eorum commissariis universis in virtute sacrae obedientiae praecipit districtius et iniungit, ut ab extorsionibus, expensis superfluis, protractionibus visitationum et aliis excessibus et dispendiis ac monasteriorum et personarum gravaminibus summopere praecavere de cetero studeant formam Clementinam in omnibus observando, cupiditatis et avaritiae, quae est idolorum servitus, rubiginem radicitus in omnibus evitando.
6. Item cum dioecesani privilegiis concessis ordini plurimum sint infesti temporaque nituntur pro juribus ad jus commune reducere, gen. cap. abbatibus, officialibus ceterisque personis ordinis universi districtione, qua potest, inhibet, ne dioecesanis et aliis, qui supra loca ordinis procuraciones asserunt se habere, praesumant quocumque modo recipere contra formam privilegiorum ordinis et tenorem, quinimo, si moniti super hoc fuerint vel malitiose senserint se gravari, ad sedem apostolicam provocent et appellant. Qui vero contra formam praedictam quemquam praedictorum recipere seu admittere praesumpserint, in futurum tribus diebus uno ipsorum in pane et aqua poenitentiam sustineant

¹⁾ extra.

levis culpa et nihilominus abbates super hoc in capitulo generali ad ipsius praesidentis arbitrium severitate debita puniendi.

7. Item vero ne praetextu ignorantiae . . . Winter III. pag. 289. Nr. 4.

8. Item ut omnis superfluitatis . . . ibid. pag. 289. Nr. 5.

Anno MCCCXXXVIII tempore cap. gen. statuta sunt
haec apud Cistercium.

1. In primis detestandae cupiditatis . . . ibid. pag. 290. Nr. 1.

2. Item ad generalis capituli pervenit auditum, quod quidam monachi et conversi ordinis in suae salutis dispendium, quod quidam pacti Domini Dei sui, qui non solum sua sed etiam semet ipsos professione ordinis abnegarunt, nec Ananiae et Saphirae mortis sententiam formidantes diabolo svadente pensiones ad vitam¹⁾ et eas absque proprii abbatis licentia in usus proprios applicare damnabili temeritate praesumunt: eapropter gen. cap. cupiens tantae pesti proprietatis nefariae, quibus potest remediis obviare duxit deliberatione provida strictius inhibendo, ne aliquis monachus vel conversus absque proprii abbatis licentia pensiones ad vitam a quocumque Abbate ordinis vel aliis quibuscumque emere audeat vel praesumat. Quodsi aliquis in huiusmodi fuerit deprehensus, eo ipso in excommunicationis sententiam noverit se incidisse et nihilominus tamquam fur et proprietarius puniatur. Abbas autem ordinis, qui huiusmodi receperit pecuniam ab eodem, ipsam pecuniam abbati, cuius professionis exstitit, infra mensem restituere teneatur monasterii usibus necessariis applicandam, alioquin quousque reddiderit, ingressum ecclesiae sibi noverit interdictum. Illi vero, qui de proprii abbatis licentia annuas emerint aut ab amicis habuerint pensiones, de eisdem annis singulis abbati proprio reddere studeant rationem, alioquin excommunicantur.

3. Item conventiones . . . Winter III. pag. 290. Nr. 2.

4. Item ut certius gen. cap. . . . ibid. Nr. 3.

5. Item ut nullus etiam de cetero confirmationem pensionum vel contractuum quorumcumque petat fieri per gen. cap. nisi principales litteras valeat exhibere.

6. Item ad audientiam . . . ibid. Nr. 4.

7. Item ne bonum hospitalitatis . . . ibid. pag. 291. Nr. 5.

Anno dni. MCCCXXXVI statuta sunt haec apud
Cistercium tempore capituli gen.

1. Inprimis cum sanctissimus pater et dominus, dominus noster summus pontifex inter caetera suae reformationis ordinem

¹⁾ Zu ergänzen: emere oder sibi reservare.

nostrum salubriter tangentia statuendum duxit, quod conventus ordinis de cetero sigillum proprium habeant, non declarando, qui dicatorum sigillerum custodes esse debeant, ut super hoc uniformitas habeatur in ordine, gen. cap. statuit et definit, quod praedictum sigillum ab eisdem personis custodiatur, a quibus et modo simili idem dominus in dicta reformatione pecuniam venditionum statuit conservandam.

2. Item cum in praeterito capitulo generali provida deliberatione fuerit definitum, quod prioris fungentes officio nullum aliud cum ipso exterius nec interius exequantur nisi Portae vel Bursariae, attendens gen. cap. ipsum edictum etiam monialibus convenire ordinat et definit, quod praedicta definitio ad moniales totaliter se extendat.

3. Item cum nulla prorsus ordinatio, conventio vel contractus a quibusvis edita ullum firmitatis robur obtinere debeat sed potius dirimi penitus, quae sanctissimi patris ac domini nostri, domini summi pontificis ordinationibus seu statutis obviare videntur, et nonnulli nostri ordinis abbates et conventus ordinationes et contractus, videlicet super cameris habendis certis temporibus, eleemosinis, redditibus, victualium qualitate et quantitate praedictis ordinationibus salubriter editis specialiter contradicunt¹⁾ cum inter se tam usu quam litteris habere dinoscuntur, gen. cap. provida deliberatione praehabita universos huiusmodi contractus seu consuetudines, in quibuscumque consistant, revocat penitus et annullat et qualia dominus Claraevallis hoc anno in suis visitationibus in praemissis concorditer statuendum decrevit, gen. cap. ratificat et confirmat.

4. Item cum sicut generali capitulo veridico relatu extitit intimatum, quod nonnulli abbates ordinis reformationes summi pontificis peritiles obtinere et conscribi et servari facere negligunt et contemnunt non solum in sanctae sedis irreverentiam sed et in salutis suae dispendium, cum necesse sit ignorantes ruere in offensam: eapropter gen. cap. duxit salubriter ordinandum abbatibus, cellerariis et bursariis sub poena depositionis ab officiis districtius iniungendo, quatenus dictam reformationem celeriter et absque mora, cum ad ipsos haec praesens definitio pervenerit, conscribi faciant et libello definitionum seu regulae copulari.

5. Item licet ordo monasticus ad haec incessanter conari debeat, ut in sanctorum continuis laudibus divinam possit promereri gratiam, per quam felici transitu supernis civibus valeant sociari, potissime hoc nobis fieri credimus, si qui beatissimi

¹⁾ contradicentes.

patris Bernhardi hoc,¹⁾ cuius vita pariter et doctrina tota refulget ecclesia, devotis laudibus insistimus et ipsius jugiter memoria praeconia²⁾ recolamus: eapropter gen. cap. perpetuo statuendum duxit edicto domini Cistercii devotis petitionibus annuens, quod quotiescumque feriam tertiam cuiuslibet hebdomadae proprio servitio et missa propria carere et vacuum esse contigerit, ipso die missa de sancto Bernhardo, patrono nostro, in conventu devote celebretur de cetero in singulis domibus ordinis universi.

Anno dni. MCCCXXXVII statuta sunt haec in Cistercio tempore capituli generalis.

1. Primo ad audientiam generalis capituli plurimorum relatione pervenit, quod quidam abbates et monachi suae salutis immemores statuta domini nostri summi pontificis contemnentes extra loca ad ordinem deputata in locis monasteriorum monialium et extra alia loca carnes comedere non verentur: eapropter gen. cap. tantis nefandis excessibus salubriter obviare cupiens ordinat, statuit et definit, quod quicumque in talibus fuerit deprehensus notorie vel sufficienter convictus, poena a domino summo pontifice constituta indispensabiliter percettatur.

2. Item cum prima fundatione nostri ordinis non improvide fuerit institutum, quod omnes abbates nostri ordinis statutis temporibus venire ad gen. capitulum teneantur, quod quoque dominus noster summus pontifex cupiens ordinis unitatem observare hoc idem statuerit in suis statutis certas poenas non venientibus et se non legitime excusantibus imponendo, plurimi abbates ordinis statuta papalia contemnentes venire suis temporibus negligunt et contemnunt: hinc est, quod gen. cap. tantae transgressionis excessus nolens relinquere aliquid incorreptos domino Cistercii et quatuor primis cuilibet in sua generatione praecipit et committit, quatenus per se vel per alium seu alios viros providos et discretos diligenter inquirant, quibus temporibus et annis abbates suae generationis consveverunt et tenentur venire juxta antiqua nostri ordinis instituta et ad sciendam plenam veritatem dictos abbates et conventus ad jurandum super hoc veritatem dicere auctoritate capituli studeant, si necesse fuerit, coërcere et prout repererint, generali capitulo referre clare et lucide in scriptura authentica non postponant; prius habita informatione plenaria gen. cap. non venientes nec se rationabiliter excusantes punire valeat juxta domini nostri summi pontificis instituta.

3. Item cum quidam monachi . . . Winter III. pag. 292. Nr. 2.

¹⁾ Die Worte qui und hoc sind zu streichen.

²⁾ Memoriam praeconio.

4. Item cum propter personarum . . . ibid. pag. 293. Nr. 3.

5. Item et quoniam solent nonnumquam monachi, prout gen. cap. veraciter est informatum, personas propter sui insufficientiam emissas juxta papalia carnalitates seu proximitatis vel alias vitio damnabiliter allecti fovere et apud potentiam saecularem procurare fraudulenter, ut talibus de bonis monasterii, a quo ejiciuntur, sit provisum et hoc monasteriorum fore dinoscitur multiplex detrimentum, gen. cap. tantae temeritatis audaciam refrenare et utilitati monasteriorum providere cupiens statuit, ordinat et definit, quod quicumque monachus praedicta quomolibet procurare seu facere repertus fuerit ac super hoc notabiliter suspectus habebitur, per annum inhabilis sit ad quaevis ordinis officia et per tres menses, ut praemittitur, ultimus omnium collocetur, praesertim cum talis sit apostolicae reformationis super hoc editae evidentissimus contemptor. Et hoc idem statuit generale cap. de conversis.

Anno dni. MCCCXXXVIII statuta sunt haec apud
Cistercium tempore capituli generalis.

1. Imprimis ut monasterii temporalis substantia . . . Winter III. pag. 294. Nr. 1.

2. Item ad generalis capituli . . . ibid. Nr. 2.

3. Item attendens et considerans . . . ibid. pag. 295. Nr. 3.

4. Item cum nonnulli abbates ordinis in praesenti capitulo generali commissarios sibi dari postulaverint, quibus mediantibus possent de suis silvis caeduis vendere, possessiones, redditus et proventus in emphyteusim dare vel etiam permutare, ut super his unitas clarior habeatur, praefatis commissariis gen. cap. districtius praecipit et injungit, quatenus anno futuro, in praedictis quid, quale et quantum vendendum, distrahendum seu permutandum fuit, referant veritatem.

Anno dni. MCCCXXXIX statuta sunt haec apud
Cistercium tempore capituli gen.

1. Imprimis cum deo dicatae virgines . . . Winter pag. 296. Nr. 1. wozu unsere Handschrift noch hinzufügt: Moniales vero tribus diebus uno in pane et aqua indispensabiliter pro qualibet vice faciant levem culpam.

2. Item ad audientiam capituli gen. . . . Winter III. pag. 297. Nr. 2.

3. Item cum relatum fuerit capitulo generali, quod quidam monachi ad partes Hungariae et ad alias partes remotas missi pro crimine seu pro culpa, cuius post peractam poenitentiam infamia non deletur, in abbates se curant promoveri, gen. cap.

cupiens tantae temeritatis audaciam efficaciter refrenare sic jam promotos non abbates esse pronuntiat strictius inhibendo, ne de cetero quisquam abbas aliquem sic infamem in abbatem praesumat promovere; quodsi secus fuerit attentatum, eo ipso promovens confirmandi seu promovendi potestate sit privatus una vice. Talis quoque provisio seu electio irrita sit et inanis ipso jure.

4. Item quia in electionibus abbatum . . . Winter III. pag. 297. Nr. 5.

5. Inhibet nihilominus dictum capitulum sub poenis a domino nostro summo pontifice statutis, ne in dicto monasterio et studio carnes ministrentur cuicumque non residenti ibidem continue absque licentia speciali capituli generalis salvo tamen jure domini Morimundi, quo ad hoc in omnibus pro se et sociatis eidem ipsiusque commissario dumtaxat, si ibidem ipsos contigerit visitare.¹⁾

6. Item miserabili inopiae monialium . . . Winter III. pag. 297. Nr. 3.

7. Item ut via malivolis praecludatur, in quantum fieri potest, universis abbatibus inhibet capitulum generale, ne de cetero rotulos sive libellos per homines sive nuntios ignotos traditos vel oblatos praesumant admittere seu procedere contra aliquem quocumque modo occasione eorundem.

Anno dni. MCCCXL statuta sunt haec apud Cistercium
tempore cap. gen.

1. Inprimis cum ad generalis capituli pervenerit audientiam, quod nonnulli abbates ordinis fugitivos suos, cum ad obedientiam deo inspirante revertuntur, visceribus paternae dilectionis, nec alias ut tenentur, recipere renuunt et contemnunt oves eis creditas a domino a luporum infernalium dentibus eruere, ut videtur, minime cupientes, licet sint pro eis domino distinctam rationem suo tempore reddituri, quo etiam, ne per talium praesidentium duritiam periclitari subditos contingat et in saeculo diutius damnabiliter evagari, abbatibus omnibus ordinis cap. gen. districtius praecipit et iniungit, quatenus fugitivos suos, cum redierint ad ordinis universitatem, recipiant et charitative pertractent; quod si facere distulerint usque ad unius mensis terminum, ab officiis suspensi maneant, nisi definitionem praesentem duxerint ad effectum.

2. Item cum in statutis papalibus salubriter editis contineatur expresse, quod in certis tractatibus per abbates et ipsorum conventus faciendis cum sigillis abbatum et ipsorum conventuum

¹⁾ Scheint sich auf das Studium in Metz zu beziehen.

littera authentica apponatur et nonnulli abbates remotarum regionum, in quibus tabelliones non valent reperiri, declarari postulaverint, qua ipsi authentica littera loco tabellionis uti possint: gen. cap. super hoc salubriter duxit ordinandum, quod in tractatibus praedictis poterunt abbates, si voluerint, pro littera authentica uti sigillo cuiuslibet abbatis una cum sui ipsius abbatis et conventus.

3. Item cum abbates ad Parisios scholares mittere teneantur causa studii, ut morum disciplina possint ordinem illustrare et simplicem populum documentis salubribus informare, relatuque fide digno didicerit cap. gen., quod nonnulli abbates ad dictum studium mittunt quosdam, qui missi et in dicto studio commorantes vel parum aut modicum ibi proficiunt, sed nunc otio et evagationibus minusque licitis adaptant: eapropter gen. cap. volens, quod tales loco eorum,¹⁾ qui missi ibidem proficere possint tam in scientia quam in omni venustate, (?) Domino Cistercii quatuorque primis cuilibet in generatione sua committitur, quatenus abbates, qui huiusmodi ad dictum Parisiense studium miserint ac de cetero mittent, possint ad revocationem compellere auctoritate capituli gen. audita relatione visitatoria contra huiusmodi otiosos. Si vero abbates praedicti recepto mandato super hoc a domino Cistercii vel ab aliquo quatuor primorum quilibet, prout ad eum pertinebit, scholarem suum non revocaverit vel revocatum iterum praesumpserit remittere, immediate (?) unius bursae pro anno Parisiis solvi consvetae mittant capitulo generali Cistercii applicandum.

4. Item cum propter inobedientiae vitium . . . Winter III. pag. 298 Nro. 3.

5. Item de quatuor primis monasteriis ordinis cap. gen. statuit et definit, quod quotiescumque emergentibus causis duo vel plures commissarii per ipsum fuerint deputati, uno eorum impedito vel totaliter excusante alius sive alii valeat vel valeant sibi de assensu partium associare collegam, qui consimilem in commissis habeat potestatem auctoritate capituli generalis.

Anno dni. MCCCXLI statuta sunt haec apud Cistercium tempore capituli gen.

1. Inprimis diligenti studio contemplantes, qualiter in cetera nostri ordinis generosa plantaria, parisiense studium, illustrat ordinem universum, in quo nostri ordinis professores aquas vivas de fontibus salvatoris abundanter exhauriunt et immaculatam domini legem suscipiunt animas salubriter convertentem, decet et expedit ferventer intendere, ut studentes inibi ad decorem ordinis velut splendor fulgeant firmamenti nullaque eos caligo peccatorum

¹⁾ Zu ergänzen: mittuntur.

instigante auctore tenebrarum obnubilet et vitiosae conversationis umbraculum non obscuret: hac itaque consideratione commotum capitulum omnibus abbatibus duxit tenore praesentium strictius iniungendum, quatenus de cetero tales ad dictum studium mittere studeant, qui sunt conversationis honestae, nitidi, ad studendum fervidi et idonei ad documenta salutaris scientiae capienda. Ut autem dicti studentes metu poenae ad studendum ferventius animentur, refrenentur a noxiis et a dissolutionibus arceantur, gen. cap. ordinat et definit, quod emissi de dicto studio ob suae demerita pravitate in claustris disciplina arctissima teneantur, nullum deinceps habituri officium absque speciali dispensatione et licentia capituli generalis.

2. Item cum saepe et pluries abbatibus petentibus licentiam sibi dari de rebus et possessionibus inutilibus et censibus annuis permutandi, vendendi seu emphyteosim vel alias concedendi juxta formam papalium statutorum duo vel plures commissarii concedantur a capitulo secundum continentiam eorundem, quorum unus aliquoties vacare non potest et sic plura negotia in monasterii dispendium remanent inexpleta: eapropter gen. cap. cupiens salubriter in praemissis providere ordinat et definit, quod quotiescumque unus commissariorum a capitulo concessorum executioni huiusmodi vacare nequiverit, alter commissarius de consensu abbatis et conventus, quos tangit negotium, unum abbatem alium, valeat subrogare, qui consimilem in praedictis habeat potestatem.

3. Item ut in contractibus . . . Winter III. pag. 299 Nro. 2.

4. Item ad capituli generalis audientiam plurimorum fide-dignorum relatu crebraque insinuatione pervenit, quod scholares studii sancti Bernardi, tam rectores et superiores, quam simplices et inferiores, quod rectores praedicti, qui aliis non tam sermone quam opere deberent humilitatem et obedientiam praedicare, utroque modo praedicto, tam scilicet sermone quam opere, praeceptis omnibus generalis capituli non tam ex ignorantia quam inobedientia se ipsos ex certa et obstinata malitia protervos exhibent et rebelles. Nam postquam gen. cap. Bursarum quantitatem bona deliberatione praehabita anno praeterito taxavit aliaque statuta salubria et tot praedicto studio utilia statuit et per suas patentes litteras dictis scholaribus intimavit, dicti rectores in animarum suarum periculum et totius ordinis contemptum et praedicti studii detrimentum non modicum, sicut experientia edocet, praedictorum contraria ordinare seu statuere praesumpserunt asserentes, quod ad capitulum generale non pertinet de bursa seu pecunia scholarium aliquid statuere nec etiam ordinare. Et quia, quod a superioribus agitur, facile ab aliis trahitur in exemplum, idcirco inferiores scholares a praedictis exempla

sumentes in rebelliones plurimas et dissolutiones evidenter noxias inciderunt: nam quantum ad primum tot scriptoria in dormitoribus posuerunt, quod vix in eo locus vacuus ad jacendum idoneus invenitur; quod factum tantum non obviat inhibitionibus capituli generalis, sed, quod gravius et execrabilius est, de plano reformationibus sanctissimi patris ac domini nostri summi pontificis notabiliter contradicit.

5. Item quantum ad secundum, quia tibiis ceterisque ludis inhonestis non solum secrete et latenter, verum etiam publice et patenter contra ordinationes gen. capituli non solum diurnis verum etiam horis nocturnis se implicent; ex frequentatione et enormitate istarum dissolutionum fuit hoc anno homicidium hora nocturna in dicto studio perpetratum et multi lethaliter vulnerati.

6. Item peccata addentes peccatis et non, ut deberent, de bono in melius, sed de malo in deterius labentes, regulari habito temere deposito cum tunicis et caputiis saecularibus per claustrum ceteraque loca incedunt, per quod, si ita est, praedicti scholares apostatant et incurrunt excommunicationis sententiam ipso jure: quodcirca gen. cap. nolens tam enormes excessus relinquere incorrectos dominis de Pontiniaco et Claravalle abbatibus praecipit et committit, quatenus ad dictum studium cum expensis ordinis accedentes de praemissis omnibus et singulis et aliis, in quibus dicuntur dicti scholares nequiter excessisse, diligenter inquirent et reperta veritate culpabiles puniant et corrigant severitate rigida per emissionem, incarcerationem, depositionem vel alias, ut oportere viderint, invocato etiam ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii saecularis, reformantes insuper ac etiam statuantes, quae reformanda ac etiam statuenda in eodem studio viderint, in plenaria ordinis potestate.¹⁾

7. Item cum primitivae scientiae sint via ad scientiam theologicae veritatis, per quem pravitas haeretica de cordibus fidelium extirpatur, eapropter cap. gen. gerens in votis, ut fides catholica prosperetur, per dominum nostrum summum pontificem salubriter exhortatum statuit, ordinat et definit: quatenus in singulis domibus ordinis universi, in quibus monachi fuerint XL, monachus lector habeatur, qui juvenes in grammaticalibus et logicalibus edoceat scientiamque studiosa in illos instructione infundat, ut instructi fructum optatum fidem propagaturi deo auctore producere valeant in futurum; ubi autem non fuerit monachorum numerus praelibatus, vel lector ibi teneatur aut monachus scholaris cum XV libris Turonens., quamdiu moneta debilis curet, ad mona-

¹⁾ Nr. 6 steht wohl bei Winter III pag. 300 Nr. 3, ist aber hier mit aufgenommen worden, weil es das bessere Verständnis von Nr. 4 und 5, deren Nachsatz es ist, erleichtert.

sterium mittatur, in quibus lector fuerit ordinatus; abbates autem missos sibi scholares, ut praemittitur, sublato difficultatis obstaculo recipiant et eos ad regulares observantias sicut ceteros auctoritate capituli coerceant et compellant.

8. Item ad compacandam quorundam conscientiam scrupulosam gen. cap. statuit et definit, quatenus quilibet abbas ordinis monachum suum vel monachos pro culpa, quae in monasterio proprio commode non poterit emendari, ad quaevis ordinis monasteria de cetero valeat emittere, quavis definitione alia in contraria edita non obstante.

Anno dni. MCCCXLII statuta sunt haec apud Cistercium
in capitulo generali.

1. Inprimis quoniam tanta est callidi subplantatoris et calumniatoris malignitas, quod escas concupiscens electas invisibilem nequitiae specialis astutiam, quae malum in boni speciem transfigurans, rationabilis intelligentiae oculum vitiosae obscuritatis caligine interdum tam damnabiliter involvit, sic quod ad perniciem sub praetextu remedii profuturi palliatione suggeritur velut saluberrimum caecutientis errore iudicii assumatur, decet et expedit remediis, quibus oportet, talibus perniciosis fraudibus occurrere, ut praedicta electa praeda divinitus de illis manibus auferatur. Sane ad audientiam capituli generalis pervenit, quod abbates de Varvella, de Tinterna et Kaerona in Anglia in suae salutis dispendium et monasticae unitatis dissidium, capituli gen. quoque praedictum et contemptum omnes abbates Cantuariensis provinciae convocare temeritate nefaria praesumpserunt et ponentes falcem suam in messem nequiter alienam statuta condere et poenas certas contra delinquentes imponere sub observationis regularis pallio. Quod quidem, si vigore persisteret, totius honestas et unitas ordinis penitus absorberetur: quocirca gen. cap. cupiens tantae temeritatis audaciam refrenare ordinationes praefatas, licet de jure non valeant, denuntiat irritas et inanes, omnibus abbatibus ordinis sub poena excommunicationis latae sententiae strictius inhibendo praecipit de cetero, ne consimilia attentare praesumant; quod si quis fecerit seu fieri procuraverit, ultra praedictam excommunicationis sententiam, quam incurrit eo ipso, pro deposito habeatur et per patrem abbatem pro deposito nuntietur. Abbates autem praefatos, qui auctores suae salutis prodigi exsisterunt huiusmodi temerariae factionis, citat capitulum ad sequens capitulum futurum juxta demerita ultionem debitam recepturos.

2. Item ad generalis capituli nuper . . . Winter III.
pag. 300 Nr. 1.

* * *

Bitte.

Der Gefertigte trägt sich mit dem Plane die Sammlung der acta et decreta capituli generalis Ord. Cist. zu unternehmen. Da er aber ganz gut fühlt, dass seine schwachen Kräfte allein dieses Werk nicht zustande bringen können, so benützt er diese Gelegenheit, um alle Mitglieder und Freunde des Cistercienserordens zu bitten, ihm dabei behilflich zu sein durch Bekanntgebung und Zugänglichmachung der Quellen. Mit Gottes Hilfe und mit gütiger Mithilfe hofft er dann dieses Werk zur Verherrlichung des Ordens zu vollenden. *)

P. Philibert Panhölzl,

O. Cisterc. Profess des Stiftes Hohenfurt, Böhmen.

Aufhebungsgeschichte des regulirten Domstiftes Seckau.

(Nach den Aufzeichnungen des mitbetroffenen Excanonicus Ignatius Fuchs.)

Das erste Heft des vorigen Jahrganges der »Studien« brachte einen Bericht von der Uebergabe des Domstiftes Seckau an die Benedictiner der Beuroner-Congregation nebst einigen Notizen aus der früheren Geschichte desselben. Vielleicht sind manchem Leser derselben die folgenden Mittheilungen über die Aufhebung dieses Stiftes unter Kaiser Joseph II willkommen. Ein von dem herben Schlage mitbetroffener Augen- und Ohrenzeuge, der als säcularisirter Pfarrer von Seckau im Jahre 1821 gestorben, hinterliess dieselben. Sie verdienen, wie uns scheint, um so eher dem Grabe der Vergessenheit entrissen zu werden, als sie in lebhafter und anschaulicher Darstellung manche allgemein interessante Details enthalten. Während wir aus guten Gründen uns stilistische und orthographische Abänderungen gestatten, meinen wir dagegen den Inhalt des Manuscriptes ohne sonderliche Kürzungen wiedergeben zu sollen:

»Ad perpetuam memoriam.

Das Domstift Seckau erlitt, wie die chronologische Stiftsgeschichte bestätigt, von der Zeit seiner ersten Entstehung bis hieher theils durch grausame Kriege und feindliche Verheerungen, theils durch missrathene Jahre und verschiedene andere grosse Unglücksfälle, besonders auch durch Feuersbrünste häufig ungemeinen Schaden. In letzteren Zeiten wurden zudem durch den 7jährigen Preussenkrieg und die daraus entspringenden, kaum erschwinglichen Abgaben, wie auch kurz darauf durch die so

*) Wir hören, dass bereits von zwei Seiten an dieser Sammlung gearbeitet wird
Die Redaction.